



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Agenda Dioecesis Paderbornensis Rituali Romano  
accommodata**

**Hermann Werner <Paderborn, Bischof>**

**Nevhsii, 1687**

Benedictio thalami.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36005**

& gratiarum actio deo Patri & Filio, & Spiritui sancto, & haec benedictio maneat super hunc locum, & super habitantes in eo, nunc & semper. R. Amen.  
Aspergatur aqua benedicta.

## Benedictio Domus novæ.

- V. Adjutorium nostrum &c. R. Qui fecit cœlum & terram.  
V. dominus vobiscum. R. & cum spiritu tuo.

Oremus.

**T**E deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus, pro hac domo, & habitatoribus ejus, ac rebus : ut eam benedicere & sanctificare, ac bonis omnibus ampliare digneris : tribue eis domine de rore Cœli abundantiam, & de pinguedine terræ vitæ substantiam, & desideria voti eorum ad effectum tuæ miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum benedicere & sanctificare digneris hanc domum, sicut benedicere dignatus es domum abraham, Isaac, & Jacob : & intra parietes domus istius angelitæ lucis inhabitent, eamq; & ejus habitatores custodiant. Per Christum dominum nostrum. R. Amen.

Deinde aspergitur aqua benedicta.

## Benedictio Thalami.

- V. Adjutorium &c. R. Qui fecit cœlum & terram.  
V. dominus vobiscum. R. & cum spiritu tuo.

Oremus.

**B**enedic domine Thalamum hunc, ut omnes habitantes in eo in tua pace consistant, & in tua voluntate permaneant, & senescant, & multiplicentur in longitudine dierum, & ad regna Cœlorum perveniant. Per Christum dominum nostrum. R. Amen.

Aspergatur Thalamus aqua benedicta.

## Benedictio Communis super fruges.

Adjutorium &amp;c. Domine exaudi orationem meam &amp;c.

Dominus vobiscum. R. &amp; cum spiritu tuo.

Oremus.

**O**Ramus pietatem tuam omnipotens Deus, ut has primitias creaturæ tuæ, quas aëris, & pluviae temperamento nutrire dignatus es, benedictionis tuæ imbre perfundas, & fructus terræ tuæ usque ad maturitatem perducas. Tribuas quoquè populo tuo de tuis munib; tibi semper gratias agere, ut à sterilitate terræ esurientium animas bonis affluentibus replcas, & egenus & pauper laudent nomen gloriae tuæ. Per Christum dominum nostrum.

R. Amen.

Aspergit illas aqua benedicta.

## Benedictio agni Paschalis.

- V. Adjutorium &c. dominus vobiscum.

Oremus.

**D**EUS, qui per famulum tuum moysen in liberatione populi tui de Ægypto, agnum occidi jussisti, in similitudinem domini nostri Jesu Christi, & utrosq;

G